



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Jus Patronatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

JUS PATRONATUS.

SUMMARIUM.

- 1 Quotuplex sit jus patronatus.
- 2 Quibus modis acquiratur.
- 3 Quomodo probetur.
- 4 Tempus presentandi in eo quodnam sit.
- 5 An tempus currat patronis litigantibus.
- 6 An possit permutari absque consensu patroni.
- 7 Quomodo sit facienda presentatio.
- 8 Quomodo amittatur, seu perdatur jus presentandi.

AD primum, dicitur quoddam duplex, Ecclesiasticum & laicale. Primum competit personæ ecclesiasticæ, vel laicali, ratione Ecclesiæ. Secundum competit, vel personæ ecclesiasticæ, vel laicali, ratione patrimonii, vel fundatione, vel dotatione, vel ædificatione, Rebuff. *pract. benef. ut. de present. & instit. num. 4. & 5.*

Ad secundum. Acquiritur decem modis. Primum, ædificatione sola, etiam facta animo non acquirendi jus patronatus in Ecclesiâ ædificata, *cap. significavit, de testib. Staph. de lit. grat. fol. 91. num. 5. c. nobis. de jure patron. modo in ipsa ædificatione Ecclesiæ accesserit Diocesani consensus. Staph. ibidem nu. 2.* Ratio est, quia nulla Ecclesiâ potest ædificari sine consensu Episcopi, Sylvest. 1. p. 9. 6. per rotam: secundò, dotatione, ad quam etiam requiritur Diocesani auctoritas, Roch. de Curt. *de jure patr. qu. 1. in ver.*

dotavit, Selva ibid. num. 9. Tertio, fundatione: sed ista concurrat cum ædificatione; nam ædificari non potest sine fundo, licet unus fundum, alter ædificationem operetur, Conc. Trid. sess. 25. c. 9. *de refor. ver. uti iur.*, ait acquiri, vel fundatione includente ædificationem, seu dotationem. Quarto, successione, c. *considerandum, 16. q. 7. c. quoniam, de jure Patron.* Quintò, donatione, c. *ex insinuatione, eo. ut. & ibi gloss. in ver. liberalitate.* Hic sunt duo dubia, & primum dubiù, an possit patronus donare suum jus laico sine consensu Episcopi. Respondetur negativè, gloss. *in c. curato.* Secundum dubium, an possit donare jus patronatus Ecclesiæ? Videtur quod non, c. *quod autem, c. illud, c. nullus, de jure patron. decis. Rotæ eod. tit. in noviss.* tamen contrarium est verius, per c. *unicum, eo. ut. l. 6.* Textus illi, qui videntur facere in contrarium, possent exponi per ea quæ dicit gl. *in d. c. unico, in ver. censenda,* & sic ad dictam decis. vel dic. quod sunt correcti per ius novum, Staph. *de lit. grat. fol. 98. n. 2.* Selva *loc. cit. n. 3.* & licet possit fieri donatio compatrono sine consensu Episcopi, nõ tamen filio compatroni sine illius consensu. Caputq. *dec. 19. p. 2.* & quod sola ædificatio vel fundatio vel donatio acquirat jus, vide Nav. *cons. 7. de jure patron. n. 6. & 7.* Sextò, permutatione, c. *nemini, 16. q. 7.* & in hac permutatione non requiritur consensus Episcopi, Abb. *in c. plures, n. 7. hoc. tit.* nec in venditione cum Universitate, Abb. *in c. illud, num. 4. eod. dem, nec si donatur, compatrono, idem n. 4. in c. ex insinuatione, eod.* Septimò, venditione, quia transit cum Universitate,

itate, *c. secundum, c. ex literis, co. iii.* Sed an hoc locum habeat in venditione fundi, ubi reperitur Ecclesia juris patronatus, vide Covar. *lit. cap. 13, num. 3. Et 4. var. resol. & an transeat cum venditione palatii in quo adest capella, quæ habet multos redditus, negativè respondet Innoc. in c. ex literis, nu. 3. hoc. iii.* Octavo, consuetudine, sine præscriptione, Staph. *loc. cit. fol. 95, nu. 2.* sed hic est dubium: nam videtur, quod jus patronatus non possit præscribi: Syl. *loc. cit. 2. p. 9. 19. n. 2. Et 3. p. 9. 11. n. 23. in fine,* facit *c. Messana, Et ibi gl. in ver. consuetudo, de elect. & Syl. loc. cit. 9. 23. num. 12. & Gom. in 9. 13. col. 2. in principio. Syl. in ver. præscriptio, 2. §. 2. n. 5. ver. 5.* tamen Staph. *loc. cit.* dicit, quod sic, idem confirmat Covar. *præf. 99. c. 39. n. 6. vers. 4.* Conclusio, Ego censerem cum secunda opinione, quam etiam videtur innuere gloss. *in c. generalis, in ver. antiquo, de elect. lib. 6.* & idem videtur etiam confirmari à sac. Conc. *loc. cit.* dum dicit, quod si ex fundatione, vel dotatione non potest probari, ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, siue aliàs secundum juris dispositionem, quæ juris dispositio potest esse per præscriptionem, ut habetur in gloss. *in c. cum Ecclesia, in ver. utrum, de can. possess. sed Rebut. lo. cit. n. 23.* videtur concordare ambas opiniones, quod jus patronatus non possit præscribi, i. proprietas, sed jus præsentandi sic, Innoc. *in c. curam,* Covar. *in c. alma mater, 2. p. §. 10. n. 7. Et infr.* Sed gl. *in cap. 1. in ver. obtineri, de reg. jur. lib. 6.* dicit Ecclesiam posse præscribi, etiam quo-

ad proprietatem, per *d. c. cura pastoralis, hoc. iii. & Abb. in cap. sanè, n. 2. de privil.* Nonò, privilegio, Staph. *loc. cit.* Selya 2. *par. 9. 23. per totum.* Decimò, reedificatione: sed requiritur primò auctoritas Episcopi. Secundo, quod illa Ecclesia sit omnino destructa, ita quod de novo ædificans à fundamentis reincipiat, licet altare remaneat intactum, gloss. *in c. quarta, in ver. si fundatores, de jure patron. gl. in c. de fabrica, in ver. innominata, de consecr. distinct. 1.* Staph. *loc. cit. fol. 92. num. 6.* Innoc. *in rub. de jure patron. Con. Trid. sess. 14. c. 12. de refo. m. & quid si Ecclesia ædificatur in alio loco, an huic novæ noviter ædificata accedat eos quæ priori fuerit donata? Respondetur quod sic, & patronus erit ille qui dotavit prius, etiam hujus posterioris: sed non qui dedit fundum primæ, erit patronus hujus secundæ, sed qui dedit fundum huic novæ ædificatæ. Innoc. *in rub. hujus iii. num. 2. in fine.**

Ad tertium, vacante jure patronatus ponitur edictum ad valvas Ecclesiæ vacantis, siue parochialis, si illa patronatus esset diruta, & illud edictum, siue ad instantiam fisci, siue ad præsentationem patroni, cum inserto tenore comparitionis, & dato termino ad probandum, considerent locorum Ordinarii discrimen inter patronos, qui sunt tanquam personæ privata, & personas, siue communitates, vel universitates (personas hic intellige Duces, seu Barones, personæque nobiles) quia his omnibus solet præsumi potius ex usurpatione, quam aliquo licito modo quæsitum fuisse jus patronatus: nam privatis per-

sonis

sonis sufficeret probare jus patronatus uno ex his modis, fundatione, vel dotatione, vel ex multiplicatis presentationibus, vel cursu temporis, vel prescriptione, & hoc sufficiat, si bene perpendantur verba Concilii, imò ex unico actu, ut quia semel quis presentavit, & sequuta est institutio, & ille institutus vixisset spatio quadraginta annorum, profecto hic habet requisita Concilii, nempe cursum temporis, presentationem & institutionem, & ista prescriptio quomodo probetur vide Caputaquen. *decis.* 128. *part.* 2. & quod unica presentatio sola cum bona fide inducat quasi possessionem patrono, vide Roch. *tract. de jur. patronat. in ver. competens. nu.* 38. Decium *consi.* 111. & 126. Caputaqu. *decis.* 337. *part.* 2. & quasi possessio juris patronatus potest probari per testes, modò deponant de visu per 40. annos, gloss. *in cap. 1. de rescript. lib. 6.* Caputaqu. *decisio.* 339. *parte secunda,* & ista quasi possessio juris patronatus, potest probari per requisita à Cald. *consi.* 12. *de jure patron.* Caputaqu. *decisio* 418. *part.* 2. idem Franc. Bald. *tract. de prescript. 1. part. 5. prin. capitul. 9. nu.* 4. & Navar. *consi.* 1. *de causa possess.* dicit, jus patron. posse prescribi spatio 40. annor. quæri, augeri, multiplicari, & tolli, idem *consi.* 5. *de prescript. nu.* 3. & *consi.* 7. *de jure patron.* idem Afflict. *in pralud. Constitut. reg. quest.* 19. ubi dicit, spatio quadraginta annorum prescribi jus patronatus contra Regem à Prælato; & hæc probantur per *capit. Consultationibus. eod. tit.* Covar. *pract. quest. cap. 14. n. 2. vers.* 3. Selva 2. *p. 9. n. 2.* & gloss. *in c. 3. in vers. una, de causa possess.* videto Vin. de Annan.

singul. 69. Abb. *in c. 1. nu.* 4. *de relig. dom.* & *in consi.* 54. *col. 2. l. 1.* Calder. *consi.* 12. *de jure patron.* Oldrad. *consi.* 312. Cald. *consi.* 47. Dec. *consi.* 134. faciunt quæ dicit Pelinus *in capitulo super quibusdam, de verbo signifi.* & *in tract. suo, qualiter litera Apost. noc. pract. col. ult.* & Bal. *in cap. cum super, de renuntiat.* ubi in antiquis dicitur sufficere famam in probando, Boer. *in decis.* 42. *n. 32.* ubi dicit, quod in prescriptione longissimi temporis non requiritur titulus, & *decis.* 124. *n. 14.* dicit, quod si prælatus fuit diu in possessione prælaturæ, præsumitur, quod fuerit legitime institutus: secundis verò personis, Universitatibus seu Communitatibus non sufficit probatio temporis immemorabilis, sed præter aliqua necessaria ad eam probandam requiruntur presentationes, quæ sint continuæ, saltem quinquaginta annorum spatio, & quod omnes sortitæ sint effectum suum, quia ex solis presentationibus non acquiritur jus. Innoc. *in c. quoniam hoc titul.* & quod hoc probare debeant authenticis scripturis, ad quod utinam Reverendissimi locorum Ordinarii, eorumque Vicarii haberent oculum: nam ego habui in practica multa hujus generis, & in probatione quasi omnes deficiunt, quia præ majori parte omnia jura patronatum sunt usurpata à Baronibus, vel dominis, & hoc vel nimia indulgentia, & incuria Prælatorum, vel potentia dominorum (dormientibus omnibus) juxta illud Evang. Sed ante omnia Ordinarii, antequam recipiant presentationem, debent presentatum diligenter examinare, Rebuff. *cit. loc. n. 5.* & si Ord. procedat

cedat ad institutionem juris patronatus, absque edictis propositis, an valeat dicta institutio: responderetur negativè, sicut etiam proceditur in electione. Caputaquens, *decis. 63. per cap. fin. de elect. l. 6. & decis. 128. par. 2.* dicit quòd si Episcopi prædecessores dixerint jus patronatus pertinere ad talem personam, & id probatum non fuerit, erit in præjudicium successorum, & Ecclesie.

Ad quartum. Tempus patrono laico currit quadrimestre, idem si esset persona ecclesiastica, sed non ratione Ecclesie, si vero ratione Ecclesie vel ex donatione sibi facta, Anch. *in dict. cap. num. 1. ver. 6. nota*, habere semestre, etiam si laicum haberet compatronum, c. *unicum de jure patronat. 6. §. vers. Gom. tract. de provid. num. 141. Syl. loc. cit. 2. p. 9. 39.* hoc fallit in parochiali patronatu, in qua patroni habent nisi viginti dies ad præsentandum, ita Bulla Pii V. de qua fit mentio *in ver. parochia, §. 2. Nav. de immuni Eccl. num. 5.*

Ad quintum, an præsentantibus patronis, & orta lite super jure patronatus, si non sopietur causa intra quadrimestre, vel semestre, elapso terminò possit Episcopus providere in vitis patronis? Et videtur quòd sic, per *cap. quoniam, & c. cum propter, eod. tit. & Selva. 2. par. quest. 7. circa ultimum*, Lambertus *de jure patron. fol. 117. & 122. num. 1. 7. & 9. Syl. 3. p. quest. 1. numero 9.* tamen oppositum habetur ex Lupo *alleg. 78. ad quest. 5. n. 15.* & idem Selva. 3. 9. 52. sed ad hoc sciendum, pro practica est notandum: nam aut controvertitur inter fiscum Episcopi

præsentantis Ecclesiam vacantem pertinere ad meram collationem Episcopi, & esse liberam (cum regulariter omnis Ecclesia præsumatur libera, nisi probetur contrarium, *cap. omnes basilica, 16. q. 7. cap. regenda, 10. q. 1.*) & ipsos patronos, præsentantes jus præsentandi, vel jus patronatus ad eos pertinere, & tunc durante lite, Episcopo non potest providere in vitis patronis, sed ponet œconomum in dicta Ecclesia, quousque sit terminatum negotium, vel lis est inter ipsos patronos non concordantes in præsentato, vel alter ipsorum præsentat alterum non esse patronum, vel quid simile, & tunc Episcopus potest providere de Ecclesia, hæc notabiliter gl. *in c. eamte, de jure patronatus, & ibi Abb. in cap. 11. num. 3. eodem, in cap. cum vos. in ver. œconomos, de offic. ord. Inn. in cap. 1. n. m. hoc tit. & Lamb. loc. cit. f. 129. casu 4. & 118. num. 8. Sylv. 3. p. 9. 59. gloss. in cap. si plures, in ver. offerri, 16. q. 7. & tunc Episcopus confert salvo jure præsentandi illi, qui postea evicerit jus patronatus per ultimum calculum sententiæ, sed non pro illa vice, pro ut inferius, §. decimosexto.*

Ad sextum. Sunt duæ opiniones. Prima, Covar. *præct. quest. cap. 36. numer. 9. versic. 8.* ubi dicit, omnes Doct. convenire in hoc, quòd ubi permutatio juris, patronatus fuerit facta sine consensu patroni laici, vel ecclesiastici, vel ipso jure vel per sententiam est rescindenda, si patronus intra legitima tempora justam contradicendi causam exposuerit, imò etiam si permutatio fiat in Curia, quod confirmat ex Innoc. *in cap. fin. de renuntiatis.* Secunda opinio est Staph. *loc. cit. fol.*

98. numero 3. ubi dicit permutationem, quæ fit inter beneficiatos de auctoritate Episcopi valere, & non requiri in ea consensum patroni. Conclusio. mihi magis placet secunda opinio, quam etiam consuetudine ita dicit observari Rebuff, *pract. benefic. de perm. num. 43.* & Bellamera *consil. 6.* & ita ego obtinui in factis in curia Archiepiscopali Beneventi, & allegavi in hoc anno 1589. Si quis verò vellet videre multa, videat Rebuff. *l. c. in 3. p. sign. grat. super verba, Claus. nec non juris patronatus, n. 21. & nu. 40. ubi supra num. 21. & 22.* vide Anchar. *in cap. unico, num. 3. de rer. perm. lib. 6.* Ratio est in promptu, quia hic non datur vera vocatio, & regulariter beneficium resignatum in favorem alicujus, debet illi conferri, *Clem. unica, de rer. perm. alias resignans potest repetere, c. si benef. de prab. Sylv. lib. 6. 3. p. quest. 6. 4. num. 3. dec. Rotæ. 3. de rer. perm. in noviss. Ad. dit. ad de cis 4. num. 8. ibidem, sed tunc esset opus nova collatione, Gomm. quest. 24. colum. 2. de trien. possess. Staph. ubi supra. fol. 112. numero 13.* & propter hoc non fit præjudicium principale patronis, quod non est in consideratione, Gomm. *quest. 27. de ann. poss. ff. facit dec. Rot. de rer. perm. in nov. pro contraria opinione præter reliquos, vide Goid. Pap. quest. 374. num. 1. idem Capel. Tolos. quest. 107.* Hoc tamen debet intelligi primò, non solum quando fit permutatio inter duos habentes ambo beneficia juris patronatus, sed etiam quando solum alteri. Secundo, sed solus debet intelligi simplici resignatione, quia tunc requiritur consensus patroni, Ratio est,

quia datur tunc vera vocatio, cum simpliciter fiat resignatio, prout Covar. *loc. citato, cap. 36. numero 8. versic. 8.* ubi solum agitur de permutante per *Clem. 1. de rer. perm. Sed dices, quid de renuntiatione facta in favorem? Dico primò non debet admitti. Abb. in cap. ex parte, si. 1. n. 4. de offic. deleg. Gloss. in Ca. ord. 1. q. 1. Staph. fol. 118. numero 7.* Dico secundo, si fieret, requiri consensus patroni, & ratio potest esse, quia aliàs posset fieri fraus per successivas resignationes.

Ad septimum respondetur, quòd præsentatio debet fieri præsentaliter, sensib. corporis illius cui fit præsentatio, adeò quòd præsentatus debet esse personaliter coram Ordinario, nec sufficit patronum præsentantem aliquem, solum mittere instrumentum præsentationis Ordinario, Selva 3. *par. quest. prima. numero 6. & quest. 2. num. 45. dec. Rotæ. in terminis 3. de iure patronat. in noviss. gl. in Clem. dudum, in ver. presentari, de sepulch. & ibi Abb. num. 23. in cap. ea noscitur, nu. 3. de his que fi. à pral. & si locus factum fuerit, patrono currit tempus in cassum, In hoc. in c. in Lateranensi, in fin. de prab. ubi deberent habere oculos Ordinarii, nam scio in quodam Archiepiscopatu fuisse quendam præsentatum, & deinde institutum, non existentem in rerum natura, & patronus sibi usurpabat fructus beneficii singulis annis, contra decretum sac. Concil. Trident. *sess. 22. cap. 11. de reformat. & sess. 25. cap. 9. versic. patroni autem, de reform. Abb. in cap. cum parati, col. 1. de appellat. & hoc patet ratione, quia præsentatus debet prius examinari ab Ordinario, si est idoneus, pro-**

prout dixi *supr.* §. 3. in fine. Anchar. in *cap. ius coepti* num. 2. de *prab. lib. 6.* & Abb. in *cap. pastoralis*, num. 7. hoc titulo. Fallit primò, quando præsentatus efflet notus Ord. Abb. *loc. citato*, & in *Clem Romani*, num. 3. de *restitu.* fallit secundò, in collatione beneficii, quæ potest fieri absentis, *cap. sibi absentis*, de *prab. l. 6.* & ibi Gemin. n. 2. ratio est, quia beneficia debent conferri personæ notæ, & cognitæ, Rebuff. in *declaratione provis.* & ita intelligitur de regimine cujuscunque Ecclesiæ, Abb. in *cap. 1.* num. 3. de *renuntiat.*

Ad octavum. Omititur, & privatur ipso jure patronatus. Primò, quando venderetur illud, vel præsumeret in alios contra canonicas sanctiones transferre, & subicitur excommunicationi, & interdicti pœnis, Conc. Trid. *sess. 25. cap. 9. versic. nec dictum*, de *reformat.* Secundò si jurisdictiones, bona, census, & jura, &c. sibi usurparet quacunque arte, Innoc. in *capitulo*, cum nos, de *offic. ordin.* & c. Conc. Trid. *sess. 22. capitulo 11. de reformat.* & est excommunicatio Papal. s. Tertio, quando per se, vel per alios faceret interficere Rectorem, vel clericum sui juris patronat. Abb. in *cap. quibusdam de pœn.* Quarto, per hæresim, Symanc. de *Cath. institut. titulo 9. num. 95. & 96.* Quintò, patroni præsentantes indignū, privantur illa vice potestate præsentandi, & devolvitur potestas ad Ordinarium, *cap. perpetuo*, de *elect. lib. 6.* Abb. in *cap. Congregatio*, num. 3. de *elect.* An autem in fundatione seu dotatione juris patronatus possit patronus sibi reservare quòd fructus sint sui durante vacatione, vide Gloss. in *cap. generali*, in *verbo*, *fundatio-*

ne, per illum textum, & ibi Gemin. *versiculo*, Gloss. *super versicul. fundatione*, de *elect. lib. 6.* vide in *secunda parte*, in *versic. Ius patronatus.*

Hic sunt multa dubia. Primum, à quo tempore currat tempus ipsi patrono ad præsentandum? Primò respondetur, à die vocationis, etiamsi sit ignarus, vel impeditus; ita videtur dicere Lambertinus *loco citato*, folio 122. & 117. numero 1. in *part. 7. & 9.* Secundò respondetur, & veriùs, quòd corruiat à die verisimilis notitiæ, d. cil. Rotæ, *unica*, de *jure patr. in antiquis*, *cap. quia diversitatem*, de *concess. prab.* imò, quòd etiamsi sciret, tamen esset impeditus legitimo impedimento, non curreret ei tempus, gloss. *sibi in versiculo suspensus*, etsi incurrisset impedimentum illud culpa sua, Staph. de *de lit. grat. fol. 124. num. 6. & 7.* & idem de prælato circa collationem beneficiorum, *cap. licet*, & ibi gloss. in *versiculo notitia*, de *suppl. neglig. pralat.* Rota. *decis. de jure patronat. in noviss. & 13. in antiquis*, Roch. de *jure patron. in versic. beneficium*, *questio 27.* Caputaquens. *decisione 248. parte tertia*, etiamsi testator præfinierit tempus ad præsentandum, quia debet intelligi juxta juris dispositionem, id est, à die notitiæ; idem *ibidem.*

Secundum dubium, quando præsumatur ista notitia in prælato? Respondetur ex *decis. Rotæ. 6. de jure patr. in noviss.* quòd residet in diœcesi, Abb. in *c. fin. circa fin. de jur. patro.* Gom. in *ca. 2. nu. 54. de constitu. lib. 6.* & in *quest. 5. in reg. de verisimili notitia*. dicit debere arrèdi potentiam, & non necessitatem, ut quia potuit

eire, & non quòd debeat scire, & hoc fundatur ratione, quia Ordinarius præsumitur habere certam notitiam beneficiorum vacantium in diœcesi sua, cum singulis annis teneatur visitare suam diœcesim. *cap. ordinarij, de offic. ordin. libro 6.* & ad hoc nõ sufficit qualibet fama publica vocationis. Addit. decis. Rota r. num. 3. de suppl. neglig. Prælat. Sic etiam quando beneficium vacat in diœcesi, & Prælati est extra illam, non currit ei tempus, decis. Rotæ. 6. de jure patron. in noviss. sed videant Ordinarij, ne ista ignorantia sit crassa, vel affectata, ut quia potuit scire, & noluit. Gom. in dict. cap. num. 54. juxta illud Psalm. *Noluit intelligere, ut bene ageret,* vide Panorm. in cap. ex parte, num. 13. de concess. præb. & in cap. transmissa, num. 7. hoc titulo.

Tertium dubium. Facta præsentatione à patrono, eaque admissa, quid tempus sit præfixum Ordinario ad instituendum? Respondetur, nullum à jure, Abb. in cap. secundo, de concess. præb. Sylv. 3. p. q. 64. num. 1. decis. Rotæ. 4. de jure patron. in noviss. Staph. loc. cit. fol. 12. nu. 26. bene verum est, quod si Prælati distulerit instituere, ille cujus interest, poterit appellare ad superiorem, Ioan: And. & Host. in capitulo cum Ecclesia, de e. loc. similiter, nec est tempus præfixum à jure ad possessionem capiendi beneficii vacantis, collati ab Ordinario, secus si fuerit collatum per Papam, quia tunc intra sex menses debet capi possessio, Boer. dec. 24. nu. 10. & decis. 312. idem in permutationibus beneficiorum non est præfixum tempus, Rebuff. tit. de permur. nu. 29. hoc tamen fallit in Ecclesia parochi-

ali, in qua si Ordinarius non institueret aliquem idoneum præsentatum, à die præsentationis, & confecti examinis intra duos menses, datur optio appellandi; vel devolvitur ad Papam; Bulla Pii V. quæst. 32. fol. 972. & dicam, in ver. parochia, si patroni præsentant infra legitima tempora, & Episcopus distulerit admittere præsentatum, alioqui idoneum, fit devolutum ad superiorem? Rebuff. tit. de præsent. Sust. num. 9. per gl. ff. in Clem. unica. de sup. neg. præl. & cap. nullus, de jure patron. intellige, si appelletur, & devolutio ista fit gradatim, vel immediate ad Papam prout dixi in ver. Beneficium, §. 2. ver. fallit secundo. Vide Gem. in cap. præsentis, circa ultimum, de recursu ad superiorem propter dilatam institutionem. per cap. cum Bertoldus de re judic.

Quartum dubium est, facta præsentatione eaque admissa, dum controversitur, an sit jus patronatus, vel spectet ad collationem Ordinarii, & præsentatus deficiat in probationibus, vel patronus erit negligens in præsentatus juribus suis, & fertur sententia pro filco, contra præsentatum, an ista sententia obstat vero patrono? Videtur quòd non, nisi pro illa vice tantum, e. olim, de possess. propriet. Coy. pract. qq. cap. 14. n. 2. ver. primum.

Quintum dubium est. Aliquis Baro, sive Titulatus, qui habet multas terras, & in eismultas ecclesias patronatus, moritur, relinquens multos filios, petitur an præsentatio pertineat ad omnes, vel tantum ad primogenitum succedentem in feudo? Respondetur quòd solum ad hunc, facit capitulum cum sacalium, & capitulum, ex literis, de jure patronatus, ubi

ubi tranſit eum univerſitate, idem Covar. *loc. citato*, *capitulo 38. circa ultimum*, in *ver. ego vero*. Sed ſi aliqua terra, ſive caſtrum illius morientis, ubi eſt patronatus, eſſet non feudale, ex Burgenſaticis, qui in illud omneſque hæredes ſuccedunt pro rata, dico, quòd tunc eum non militet eadem ratio, omnes concurrere debent ad præſentationem, ita Covar. *loco citato in verſ. ſed et iure patronatus*, & tunc haberet locum *Clem. eod. tit.* Si verò concordarent eum primogenito, eique remaneret caſtrum illud, ille tantummodo præſentabit, niſi aliter inter eos cautum fuerit, & hoc mihi accidit in factò, & ita conſului; vide Innoc. in *cap. ſiem ſecundum*, *hoc tit.*

Sextum dubium, an Epifcopus poſſit concedere in jus patronatus, Eccleſiam jam conſecratam? Reſpondetur, omiſſis diſputationibus, quòd non. Selva *x. p. 7. num. 9.* Staph. *fol. 9. numero 3.* & 4. imò capellam in ipſa Eccleſia conſecrata, niſi ſolus Papa, prout probat Staph. per *cap. hoc conſultiſſimo*, *de reb. Eccleſ. non alien.* tamen quicquid ſit de Eccleſia conſecrata, tamen capellas vidi concedi in jus patronatus, etiam exiſtentes in Eccleſia conſecrata, etiam in Cathedralibus, nec ille tex. videtur hoc probare, vide Rebuff. *de ſignat. grat. tertia parte*, *ſuper claſſ. nec non iuris patronat. num. 4.*

Septimum dubium. Occurrit caſus in quo vidi multos decipi: duoſ patroni præſentant duos, & non concordant, an poſſit habere hic locum gratificatio? Reſpondetur quòd non, quia tunc gratificatio habet locum, quando à pa-

trono præſentato primo accumulativè præſentatur ſecundus, non recedendo à primo, ſecus non liceret, *cap. cum autem*, *hoc titulo*, quia variatio permittitur patrono laico accumulativè, ſed non recedendo ex toto à primo præſentato, Abb. *ibi* Rebuff. *loc. cit. numero 8.* tunc ſi patroni non concordant in unum, de rigore juris poſſet Epifc. inſtituere alium extraneum, Abb. *ibi* gloſſ. in *cap. ſi plures poſt principium*, *16. quaſt. 7.* Syl. in *ver. ius patronatus. numero 9. §. 8. verſic. 1.* ſed Epifc. in primo caſu habet optionem eligendi, vel inſtituendi quem vult. Abb. *ibi. num. 8.*

Octavum dubium. Ordinarius conferens beneficium patronatus intra legitima tempora præſentationis an valeat iſta collatio? Selva, *tertia parte*, *quaſt. 9. numero 2.* dicit, quòd ſic, & Fel. in *cap. cum Bertold. de re ju. dic.* quamvis faciat contra *cap. decernimus*, *16. q. 7.* Ratio eſt, quia multa fieri prohibentur quæ iam facta tenent *l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Siraph. *loco cit. fol. 25. n. 4.* & pot eſt addi ratio, conſenſus patroni poteſt antecedere, & ſubſequi, *cap. cura. eod. tit.* Roch. de Cur. *de iure patron. in ver. pro eo quod*, *quaſt. 4. decif. Rotæ*, *5. de rer. permut. in noviff. Gom. quaſt. 27. de ann. poſſeſſ. & valebit collatio, ſi patroni neglexerint intra illud tempus juris præſentare*, Rebuff. in *3. par. ſor. ſign. grat. in claſſ. nec non iuris patron. num. 52.* ſecus verò, quando Epifcopus contulit illud beneficium patronale, tanquam ad ſe devolutum, quod re vera non erat tunc, non valeret collatio. Selv. *ibi. n. 3. verſic. 9. decif. Rotæ. 9. de iure patronat.*

in antiquis, & quam sit ratio diversitatis, vide Boer. *dec.* 70. & Staph. *fol.* 145. *num.* 15. & Sylv. 2. *par. quest.* 2. à *num.* 1. n. & 3. *quest.* 47. *per totam*, & Gom. *quest.* 61. *col. pen. versiculo* 1. *de trien. possess.* & 9. 53. *col. pen. versicul. unam in primis*, *ibid.* & *dec.* Rot. 423. & 450. *in antiquis*, & dixi *in ver. Canonica*, §. 7. *conclus.* 4. vide Rebuff. *tit. de devolut. num.* 12. vide Abb. *in cap. illud*, *num.* 8. *hoc titulo*, vide Caputaquens. *decis.* 189. *pag.* 3. & *dec.* 223. *ibidem*.

Nonum dubium. Est aliquis presentatus à patronis legitime intra tempora, tamen ipse presentatus antequam instruat, renuntiat presentationi; dubitatur an patroni habeant aliud quadrimestre? *Decis.* Rotæ 8. & *hoc titulo*, *in novis*, respondet affirmative, Staph. *fol.* 59. *num.* 3. & 4. idicet negative de nominato ab Episcopo.

Decimum dubium. Est aliquis maritus qui inter alia bona dotalia uxoris habet jus aliquod patronatus, dubitatur an possit presentare aliquem ad illud? *Decis.* Rotæ 10. *hoc titulo*, respondet, quod sic; sed si unus presentatur à marito, alter ab uxore, vel sunt in controversia, quis debeat preferri? Respondetur ab ead. *decis.* quod presentatus ab uxore; sicut presentatus à pupillo majore septennio, preferetur presentato à tutore, Selva 2. *par. quest.* 6. *num.* 7. & an idem sit de jure patronatus ædificato à marito constante matrimonio, deinde matrimonio soluto uxor habeat jus in eo, vide Covar. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 5. *var. resol.* vide Panor. *in cap. cum dilecta*, *nu.* 8. & 9. *de concess. præb.* & Anch. *cons.* 136. vide Gemiu. *in cap. ex eo ver-*

sicul. deinde induxit, *de elect. libro* 6.

Undecimum dubium. Sunt duo fratres fundantes jus patronatus, relinquunt post mortem quatuor filios, dubitatur, an omnes quatuor debeant presentare? Affirmative respondet Clem. *si hoc tit.* sed si isti quatuor fratres morientes relinquunt sexdecim filios, an omnes debeant presentare? Respondetur negative, quia presentatio fit per stirpes, & non per capita: ita declaratur in declaratione arbitris juris patronatus illius Clementinæ, *in §. notabili*, sed sufficit presentatio, quatuor nepotum descendentium ab illis fratribus, vide Innoc. *in cap.* 1. *num.* 1. *de jur. patron.*

Duodecimum dubium. Sunt duo fratres, vel patroni, unus presentat Titium, & alter Sempronium, & quia non possunt ad invicem concordare in unum, an possit dividi jus patronatus medium unicuique? Respondetur quod non, *cap.* 1. *hoc tit.* Ratio est, quia jus spirituale indivisibile, *gloss. in d. Clem. in versic. plures*, bene verum est, quod possunt convenire alternative, prout patet doctrinis vulgatis.

Decimum tertium dubium. Quando non concordant, quid agendum? Respondetur ex supradictis, §. 3. & *dub.* 7. & si ex hoc oriretur scandalum, tunc practicabitur prout *in cap.* 1. & 2. *hoc titulo*, sed est notandum, quod non propter quodcunque scandalum Episcopus practicabit illa duo capita, sed propter scandalum facti, & non juris atrox, & maximum, & non leve. Lopus *alleg.* 78. *ad §. quest. num.* 16. Abb. *in dict. cap. numero* 6. ubi dicit, quod hoc jus indivisibile, quoad fructus, & quoad ipsum jus, & quoad

quoad partem, Sylvest. in ver. ius patronatus, num. 5. §. 4. versic. secundum, Angel. eod. versic. num. 7. Armil. numer. 6. gl. in dist. cap. I. in versic. non debeat, dicens, quod hoc jus apud unumquemque heredem est in solidum, & quoad omnes eius effectus.

Decimum est quartum. Est aliquis dominus, qui ædificat Ecclesiam consensu Episcopi hac conditione pacto & modo, ut infra tale tempus illam dotaret (animo enim fundandi jus patronatus hoc fecit) accidit quod ille morte præventus, non dotavit, hæres illius assignavit dotem, sed in seio Episcopo, & præsentavit presbyteros, qui non fuerunt instituti, & sic per multos annos steterunt in possessione ipsius beneficii, hic quaeritur primò, an ista dotatio sortiatur effectum suum, secundò, an sit necessarius consensus Ordinarii dictæ dotationis; tertio, an teneatur Ordinarius præstare assensum; quartò, si secus, an hæres possit sibi retinere quod dotavit reluctantem Ordinario, & nolente præstare assensum; quintò, an illi presbyteri dicantur intrusi.

Ad primum, relictis multis, quæ hic eoacervari possint, dico istam dotationem valere, imò augere jus dictæ Ecclesiæ, quod absque dicta dotatione illi domino; iam fuerat acquisitum sola ædificatione, text. in cap. significavit, de test. Steph. fol. 91. numero 2. & 3. Ratio est, quia sufficit fundasse, & ædificasse de consensu Episcopi; imò qui dedit domum pro construenda Ecclesia, dicitur fundasse illam Ecclesiam, Roch. de Curte de iure patron. in versic. fundavit, §. 9. Caput. de. 290. 1. par. & dec. 133 p. 2.

Ad secundum, responderetur negati-

vè, ratione superius dicta, quia per solam ædificationem iam fuerat acquisitum jus. Urgebit quis; nonne, & in dotatione etiam requiritur consensus Episcopi? Responderetur quod sic, quando per ipsam quis vellet solam fieri patronus, sicuti per solam foundationem, vel per solam dotationem, tunc enim unicuique istorum est necessarius consensus Ordinarii, ca. filis. cap. quicumque, cum sequentibus, 16. quest. 7. cap. nobis, hoc titulo Selva. 1. par. quest. 9. num. 11. & 12. vide Abbatem in cap. cum sicut, numero 16. de iudic. lib. 6. licet tutius sit, ut accedat consensus, potest præstari post dotationem vel foundationem, quia retrahitur; Caputaquens. decis. 144. par. 2. & Navar. conf. 7. num. 10. de iure patron. licet quis non dotavit in tempore præfixo: Responderetur primò, prout sup. Secundò, quod purgatur mora, patet iur. vulg. vide Abb. in c. quoniam nu. 8. & 9. hoc titulo.

Ad tertium, responderetur affirmativè, etiam si post Ecclesiam consecratam, qui ædificaverat, dotasset. Probatum primò: nam aliàs laici retraherentur à devotionibus. Secundò per ea, quæ dicit Selva. loco citato, quest. 6. nu. 181. & 194. conclusio 3. & versic. 5. ubi allegat Cardinal. in rubr. huius tituli, quest. 6. quicquid dicat Roch. de Curte. tract. de iure patron. quest. 5. supr. versiculo dotavit. Tertio, quia illi iam erat acquisitum jus per solam ædificationem, prout sup. & modò dotans adimplet promissionem, & conditionem iam factam, vide Abb. in cap. cum olim, il. 2. m. 9. de privil. hoc clare dicit Innoc. in Rubr. de iur. patron. nu. 2. ubi ait, quod etiam post consecrationem

onem potest eam dotare, & efficere, ut patronus: nam sine substantia rerum non potest Ecclesiæ deserviri, *cap. si quis, 1. quest. 3.* vide *Card. consil. 72. quod incipit, Addubia, cap. 2. in princ.*

Ad quartum, responderetur affirmativè, *cap. verum, & ibi gloss. in verb. conditione, de condu. apposi. l. qui heredi, §. nlt. ff. de condu. & dem.* & ratio est, quia conditionalis non ponit in esse, sicut etiam in matrimonio carnali, & ita etiam in spirituali, *cap. inter corporalia, & ibi gloss. & Doct. de translat. Episc. Boer. decis. 1. numero 18.* nec obstat regula, *Semel. dereg. jur. & c. ligna, de consec. d. 1.* quia illud intelligitur, quando res donata iam erat effecta sacra, quod non est in casu nostro.

Ad quintum, responderetur quod sic, & vide in *ver. intrusus*, & subsunt pœnis, *cap. relatum, hoc tit. Diaz. pract. crim. can. cap. 46. & Conc. Later. sub Leone X. sess. 10. §. quia sapius, & Conc. Trident. sess. 14. cap. 13. de refor. & declar. sac. Conc. 320. 321. & 323.*

Decimumquintum dubium, Est aliquod jus patronatus, vel aliqua Ecclesia fundata hac conditione, ut ad illam præsententur, & instituuntur presbyteri, qui quotidie habeant celebrare Missam, divinumque officium recitare, an possit Episcopus dispensare, ut sint duo, & quod unus duorum fungatur officio? Et videtur quod non, *Rebuff. pract. benef. in requisitis in lit. collat. numero 28. & in for. mand. in verb. non obstantib.* dicens, quod derogare foundationibus, statutisque Ecclesiarum, solius est Papæ, non Episcopi, *Clem. quia contingit, de relig. dom. hoc ta-*

men fallit, quando accederet majoris partis patronorum assensus, *Rebuff. 3. pag. sign. grat. numero 44. & 46.* dixi, majoris partis patronorum, quia non sufficeret medietas: idem *ibid. n. 65.* ubi assignat rationem, quam videas *ibid. n. 47.* & citat *Innoc. in cap. quod sicut de elect.* Et quando dicatur major pars patronorum respectu præsentandi præcælentis, vide *quæ dixi in ver. capitulum, §. 13.* & *Boer. decis. 3. num. 4.* & præcisè loquendo, poterit quis institui in istis beneficiis, actu sacerdotium requirentibus, etiam non sacerdos, modò infra annum ad sacerdotium promoveatur, idem *tu. de promo ven. infra annum, à n. 17, & infra.* Facit quod conditio posita a patrono, potest mutari cum consensu Episcopi, *Milis in ver. patro. in fundatione, Roch. de iure patron. in ult. pro eo, quod diocesani numero 13. & 14. Caput. taq. dec. 290 p. 2. Nav. consil. 5. de prob.*

Decimum sextum. Est aliquis in possessione præsentandi succedente vacatione, præsentat Titium, qui & fuit ab Ordinario institutus, servatis servandis, hoc facto movetur lis à Sempronio contra Titium, vel præsentato super dicto jure patronatus & cursu litis fertur sententia pro Sempronio, quaritur, an Titius debeat in dictam sententiam removeri, & alius præsentatus à Sempronio institui? Responderetur quod non, *cap. consultationibus, hoc tit. Syl. par. 9. 7. in fin. Staph. fol. 96. num. 6. cap. ex literis, hoc tit. cap. de caus. poss. & propr. Cov. pract. 99. c. 14. n. 2. ver. 3. c. si verò eod. tit. & gl. ibi in fin.* Hoc ampliatur habere locum, etiam antequam sequuta fuisset institutio, modò

modò præsentatio sic facta ante litis contestationem. Ratio est, quia possessor bonæ fidei facit fructus suos, usque ad litis contestationem, sed præsentatio est fructus patroni, sicuti collatio Ordinarium, Boer. *dec. 17. nu. 14. Et ca. cum olim. de maior. Et obed. Gimon. de lit. grat. c. 1. n. 27. Et per totum. decif. Rotæ 7. de iure patro. in novis. Vinc. de Fran. dec. 85. nu. 2. & ad acquirendam possessionem, sive jus in possessione, sufficit, quod quis fuerit semel in possessione, c. cum Ecclesia, in fi. de caus. poss. Et prop. Et in l. 1. §. questum de acqui. posses. Novel. de iure protim. §. primus, n. 280. Abb. in c. ex literis, hoc tit. vide Abb. in d. c. ex literis, n. 3. Et 7. hoc tit. Et 8. 9. Et in c. si verò, n. 4. eo. facit c. factum, de reg. iur. l. 6. & quod dicit Dynus in c. 1. n. 48. eo. lib. Et tit. ubi extendit c. consultatio, de iure patro. etiam ad instituentem, & conferentem, & non solum ad præsentationem, facit l. Barbarius, ff. de off. Prator. & Innoc. in d. ca. consultationibus, num. 1. dicit, quod si præsentatus fuerit post litis contestationem, si erat bonæ fidei possessor ille qui præsentavit, persona præsentata non debet removeri, idem Caputaquens. *decif. 69. & Navar. cons. 1. num. 1. de iur. patro.* Sed an idem sit in eo, qui est malæ fidei possessor, tamen auctoritate Prætoris, vide Innoc. *ibi, num. 2. Et cap. cum dilectus, num. 1. de relig. domib.**

Decimumseptimum, Palchrum casum practicabilem hac in materia poteris videre in Guid. Pap. *quæst. 507.* an & quando præsentatio iuris patronatus pertineat ad hæredem, & ad hæredes hæredis, si ita disposuit fundator, & po-

stea hæres instituit alium hæredem extraneum, an iste fideicommissarius, vel hæres sit patronus, vide *ibidem.*

Decimooctavum. Si aliquis conductor, vel affictabit castrum aliquod, ubi est Ecclesia iuris patronatus, pertinet ad præsentationem domini ipsius, à quo conductor affictavit, dubitatur an ad dominum, vel ad conductorem, seu affictatorem spectat præsentatio durante affictu, si vacatio contigerit interim. Respondetur ex Selva *2. par. quæst. 10. num. 2. Et 3.* dicente, quod si conductio, seu affictum est ad longum tempus, præsentatio pertinet ad affictatorem, si ad modicum, ad dominum (nisi aliter inter eos cautum fuerit) Abb. in d. c. ex literis n. 5. & ibi gl. in ver. ad firmam, & Addit. Ant. Franc. *ibi litera C. Et D. Bal. cons. 5. lib. 5. & Roma. cons. 444.* quæ verò dicatur affictatio ad longum tempus, vel ad modicum, vide *superius in ver. alienatio. §. 7. concl. 2.* & an sit idem in pignoratione, videtur quòd non, idem Abb. *ibid.*

Decimumnonum. Si sunt decem patroni, duo præsentant Titium, tres Cajum, & quinque Sempronium, quis debeat præferri, & institui, quæritur? Respondetur quòd is, qui est magis idoneus, *ca. quoniam, de iure patronatus.* Et quid si præsentatus à quinque sit magis idoneus? Respondetur quòd iste, *gl. ibi in ver. qui majoribus;* & quid si præsentatus à majori parte sit magis idoneus, vel melior, & præsentatus à majori parte sit idoneus competenter? dico quòd hic esset præferendus, modò sit sufficiens intra latitudinem idoneitatis, *gl. ibi, &*

K k

Panor,

Panor. Fallit primò, ubi requireretur major sufficientia, graduatio, qualitas, vel præ eminentia personæ præsentandæ per ea quæ dicunt Doctores, ut Stap. & Gom. *tract. de graduatis*. Fallit secundò, hodie per Bullam Pii V. de qua in *ver. parochia*, §. 2. quando ageretur de parochiali patronatus, quia semper magis idoneus debet præferri, licet sit præsentatus à minori parte, aliàs rejectus, si est magis idoneus, habet remedium appellationis gradatim, prout in *d. Bulla*. & ita hodie observatur inviolabiliter, vide Abb. *ibi. num. 11. 12. 13. & 14.*

Vigésimum. An jus patronatus veniat sub publicatione, & confiscatione bonorum? Respondetur negativè. Guid. Pap. *q. 441. num. 2.* & Abb. in *cap. 2. num. 9. de feud.* licet remissivè, hoc tamen fallit in confiscatione bonorum hæretici. idem in *cap. nobis. nu. 3.* & ibi Joan. de Lign. *hoc titulo.* & in *ca. cum clericis. num. 4. eod.* Card. in *Clem. 2. q. 8. hoc titulo.* Felin. in *cap. quanto. colum. 2. de iud.* Bald. in *l. fin. q. 9. cap. de edit. D. Adr. tollen.* Vinc. de Annan. *singul. 291.* Dato, quòd jus patronatus transeat cum Universitate bonorum, *l. quædam. ff. de acq. rer. dom. gl. in l. si operarum. ff. de oper. libert.* Jason. in *l. veniam. num. 2. C. de in jus vocando.*

Vigésimum primum. An quis posset præsentare se ipsum? Respondetur negativè. Hostien. in *sum. hoc tit. numer. 12. cap. per vestras. hoc tit.* Bald. in *addit. ad Speculatorem. in rubr. de iure patron.* Hostien. in *sum. tit. de elect. numer. 18.* nec per procuratorem constitutum à patrono, potest idem patronus præsentari,

licet constitutus ab eo ad præsentandum, Card. in *ca. ex institutione. vers. secundo quæro. de iure patron.* Caputaqu. *dec. 197. par. 2.* sed potest superior eum instituere, Selva *par. 1. qu. 6. numer. 19.* & Abb. in *capitul. per vestras. num. 3. 4.* & §. *de iure patron.* & an idem sit de electione, vide *ibidem. num. 5.*

Vigésimum secundum, quia dicitur jus patronatus posse vendi, cum transeat cum universitate, an hoc valeat in venditione jurium, quæ habentur in aliqua villa, vel palatio, vel fundo, ubi Capella, seu Ecclesia juris patronatus, vide Innoc. in *c. ex literis. de iure patr.* ubi negativè videtur dicere, & ibi Abb. *nu. 14.* & in *ca. cum seculum. numero 2. eod.* vide Covar. *lib. 1. var. resol. ca. 13. num. 3. vers. hinc etiam.*

Vigésimum tertium, an patronus possit exigere rationem temporalium sui juris patronatus? Respondetur quod sic, si patronus est ecclesiasticus, laicus verò non, Abb. in *ca. Lateranensi. de præb.*

Vigésimum quartum, quibus non permittatur variatio in præsentando? Respondetur ex Panor. in *c. cum autem.* Primò, quòd non personæ Ecclesiasticæ. Secundò, non universitati. Tertio, non Collegio, nec patrono laico, qui primò præsentavit plures qui litigant inter se, Lap. & Gom. in *c. t. ut lite pend. li. 6. Cald. consi. 1. in tit. ut lite pend.* Quarto, patronus potest semel & iterum plures præsentare, accumulando, non autem ter, vel quater, Roch. *de iure patr. in verbo. honorificum. q. 20.* Cald. *consi. 16.* Nav. in *ca. placuit. n. 197.* & *infra. de pœnis. d. 6.*

Vigésimum

Vigefimum quintum, si masculus & foemina simul sunt patroni, & discordant in praesentando, quis debeat praefecti, praesentatus à masculino, vel à foemina; Vide Lapum *allegat.* 78. Bald. *in l. 1. ff. de Senat.* & additio. Ant. Franch. *in Abb. in c. quoniam, de jure patro. littera A.*

Vigefimum sextum, an possit quis repudiare haereditatem, & sibi reservare jus patronatus, vide eundem *in rubr. hoc tit. littera C.*

Vigefimum septimum, an possit fundari jus patronatus cum hac conditione, ut institutio ipsius pertineat ad Praelatum inferiorem Episcopo? Respondetur quod non, Panor. *in cap. nobis, nu. 5. hoc tit. & in cap. ad audientiam, nu. 13. de Eccl. ad sic.*

Vigefimum octavum, an possit fundari cum reservatione alicujus rei temporalis? Respondetur quod sic, idem Panor. *in ca. 1. nu. 2. & in ca. gravis, nu. 1. & ca. quanto de censibus.*

Vigefimum nonum, an jus patronatus transeat in foeminam dotatam, quae renunciavit paternae haereditati? Panor. *in cap. cum saeculum, nu. 4. eod. tit.* respondet, quod non.

Trigefimum, an possit legari sine consensu Episcopi, vide eundem, *ibi nu. ult.*

Trigefimum primum, an jus patronatus Ecclesiarum possit dividi inter patronos? Respondetur quod patroni plurium Ecclesiarum inter se possunt illa jura dividere, scilicet ut unus sit patronus in una, & alter in altera, *gl. in Clem. 2. in 3. notab. hoc tit.*

Trigefimum secundum, an filius haereditatus in re certa pro sua legitima,

aut simpliciter in legitima, instituto alio haerede universali, succedat in jus patronatus haereditatis paternae? Covar. *lib. 2. c. 18. nu. 6. var. resol.* respondet quod non.

Trigefimum tertium, an jus patronatus alicujus Collegij, Congregationis, seu Confraternitatis laicorum censeatur ecclesiasticum, an laicale? vide Covar. *pra. 99. c. 36. n. 8. vers. 7.*

Trigefimum quartum, si patroni sunt septem, & tres ex his praesentant unum ex quatuor restantibus, an ille quartus sit praesentatus, consentiendo praesentationem perficiat (supposito quod multi patroni praesentarent unum ex se ipsis, ut patet juribus vulgatis) Doctor. dicunt quod non, sed fallit in electione, prout Jo. And. *in reg. in toto, de reg. jur. lib. 6. Abb. in cap. cum in jure peritus, de elect. Paul. de Castr. conf. 230. lib. 2.* quicquid dicat gloss. *in dict. cap. in ver. consentiat,* vide *in vers. electio, s. 4. in vers. jus patron.*

Trigefimum quintum, si quis in Romana Curia impetraverit beneficium juris patronatus laicorum, quod eis privilegio, consuetudine, praescriptione, vel quia non sint in aliqua possessione praesentandi, sed quidam alii, licet impetrans nullam mentionem de hoc, nec Papa specialem fecerit derogationem, tamen impetratio non ob id surreptitia caesari debet, Card. *confi. 69. quod incipit, Vacante quodam parochiali, col. 2. Staph. fol. 95. & 96. num. 4. & Covar. pract. questio. cap. 39. nu. 6. vers. quarto.*